



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 8. Bellica expeditio Cæsar is contra Hispanos & Gallos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. „rato examine hæc ipsa caussa sub fel.  
A. C. 1702. „rec. Innocentio XII. Prædecessore no-  
„stro expensa fuerit, Nobis tamen ad  
„Apostolicum munus subinde evocatis  
„visum est, cogitationes, atque consi-  
„filia nostra in eundem scopum con-  
„ferre, ipsamque controversiam ulte-  
„riori disquisitioni subjicere, ut demum,  
„Deo authore, cujus opem humiliter  
„exposcimus, & præstolamur, id, quod  
„Ecclesiæ bono, animarumque Saluti  
„expedire docebimur, perficere valea-  
„mus. Majestati itaque Tuæ, quam  
„in sollicitudine nostra conquieturam  
„esse non ambigimus, in hoc præser-  
„tim negotio, quod nullo partium stu-  
„dio, nullo officiorum genere, urgeri  
„potest, auspicium uberis felicitatis  
„deferimus. ,

## §. VIII.

*Bellica expeditio Cæsar is contra Hi-  
spanos & Gallos.*

*Hist. du  
Print. Eug.  
tom. I.  
Mem. Hist.  
& Chron.* Cum bellum hoc anno ad vicinas Pon-  
tificiæ ditionis regiones consistere  
videretur, Pontifex Cæsarem, ac Fran-  
ciæ Regem datis die septima Januarii  
literis enixe rogabat, quatenus eas  
inire vellent rationes, quibus Eccle-  
siasticæ ditionis immunitati, & præser-  
vationi a hellicis calamitatibus consul-  
tum

tum foret: Verum fervente bello ejus- Sæc. XVII.  
modi monitis prævalet aut proprii com- A. C. 1702.  
modi, aut hostilis damni ratio: Jam-  
jam media adhuc hyeme Eugenius  
Gallos ex Italia proturbare intentus,  
die decima Februarii per occultum Ur-  
bis meatum, quem Parochus B. Mariæ  
Novæ domui suæ, urbisque mænibus  
adjacentem monstraverat, Cremonam  
subintravit & quamvis semi - capta  
jam urbe Gallis numero longe majori-  
bus cedere coactus esset, secum ta-  
men quadringentos gregarios, octo-  
ginta tribunos, & præter quingentos  
equos & septem vexilla, ipsum Villa-  
regium Franciæ Marescallum captum  
abduxit, trucidatis Gallorum mille  
trecentis: Die autem nona ejusdem  
Mensis Imperator promulgato edicto  
Electorem Coloniensem unacum Baro-  
ne de Karig Cancellario suo Viennam  
venire jussit, ut de violato juramento,  
fædere cum Gallis inito, Cæsarei man-  
dati contemptu, Capituli Decano Gal-  
lis tradito, receptisque in urbem co-  
piis rationem redderet: Insuper Cæsar  
Electoris milites sacramento solvit, &  
decima quinta Maij pacto cum Anglis  
Batavis aliisque Imperii Principibus  
fœdere Franciæ & Hispaniæ Reges Im-  
perii hostes dixit, eisque bellum de-  
nuatiavit: vicissim die octava Junii

Sæc. XVII. Madriti contra Cæsarem, Anglos, &  
A. C. 1702. Batavos, & die septima Julii Parisiis  
bellum publicatum est. Tum vero utrinque exarsere contendentium studia, ac  
Vindocinensis Gallici exercitus Dux Mutinam & Regium occupavit, necnon  
Philippus V. celebratis cum Maria Ludovica Sabaudiæ Ducis Filia nuptiis,  
Neapolin contendit, inde vero Mediolanum venit, atque ad oppidum S. Vi-  
ctoriæ tres legiones Cæsareas improviso aggressus, strage pene æquali Lu-  
zaram usque processit, ubi cum Cæsa-  
reis pugnam iniit, cujus tamen victo-  
riam sibi utraque pars attribuit: inter-  
cepta autem Luzara Vindocinensis Gu-  
stallam urbem ad ditionem compulit:  
Querebatur vehementer apud Ma-  
riam Casimiram Poloni Regis Viduam  
Pontifex, quod hæretici milites exer-  
citus Cæsarei in finibus Mantuanæ Ur-  
bis Sacras Hostias detestando sacrilegio  
profanarint. Postmodum Batavi sub  
Tyllii & Athlonii Imperio Ruremundam  
& Leodium occuparunt, ipsum Buffle-  
rium, qui per strategema Noviomagum  
intercipere parabat, in fugam egerunt,  
trucidatis Gallorum tribus, & sauciis  
duobus millibus: Anglica vero classis  
Batavicæ juncta Gades tentabat, sed  
Catholicorum animis ob petulantem  
Templorum expilationem exulceratis  
irrito

III.  
&  
suis  
rin-  
ac  
Mu-  
non  
Lu-  
is,  
lio-  
Vi-  
ro-  
Lu-  
fa-  
to-  
er-  
ua-  
pu-  
Ma-  
am  
ker-  
Jr-  
gio  
sub  
am  
He-  
um  
nt,  
ciis  
fis  
sed  
em  
atis  
rito

irrito effectu iter relegere coacta est, Sæc. XVII.  
Gallicam tamen in portu Vigos simul A. C. 1702.  
& argenteam Hispanorum classem auro  
argentoque prædivitem die trigesima  
Novembris diripuit, incenditque.

Haud segnius ad supremum Rhe-  
num a fœderatis bellum gerebatur;  
jam enim exeunte Mense Aprili Jose-  
phus Romanorum Rex Landaviam cin-  
ixerat, quam urbem unacum arce die  
septima Septembribus ditione cepit,  
vicissim vero Ludovicus Rex Lotha-  
ringiæ Ducatum occupavit, & Maxi-  
milianus Emanuel Bavariæ Elector  
Gallorum partes secutus, Ulmam du-  
ctore Bechmanno prætoriæ legionis  
Tribuno densæ nebulæ beneficio per  
stratagema intercepit, simulque Mem-  
minga, Biberaco, aliisque oppidis po-  
titus est: Badensis vero Marchio ad  
Fredelingam, cum Villario certamen  
iniit, ancipiti utrinque victoria: In-  
gruente demum hyemis rigore Bava-  
rus occupatis Burgovia, aliisque quam-  
plurimis oppidis milites suos in hy-  
bernis collocavit.

## §. IX.

Ludovici de Sousa Cardinalis  
obitus.

Ex